Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



96

qui stabat iuxta me dixit ad me. Fili hominis loc[us] solii mei
et loc[us] vestigiorum pedum meorum ubi habitabo in medio filiorum
israel in medium. Et non polluent ultra domus israel nomen sanctum meum
ipsi et reges eorum in fornicatione sua et in ruinis regum
suorum in excelsis. In eo quod posuerunt limen suum iuxta limen meum
et postes suos iuxta postes meos. Et erat parietis
vos. Et polluerunt nomen sanctum meum in abominationibus suis quas fecerunt
propter quod consumpsi eos in ira mea. Nunc ergo longe faciant
prostitutionem suam et ruinas regum suorum a me et habitabo
in medio eorum in sempiternum. Tu autem fili hominis. ostende domui israel
templum et confundantur ab iniquitatibus suis. Et metiantur fabricam
et erubescant ex omnibus quae fecerunt. Figuram domus et fa-
brica eius exitus et introitus eius et universa forma
et universa scripta eius et universas formas eius et universa praecepta
eius et universas leges eius. Et universa scripta eius scribe coram eis et custodiant
omnes formas eius et praecepta
illius et faciant ea. Ista est lex domus in summitate montis. Omnis
fines eius in circuitu sanctum sanctorum. Ecce haec lex domus. Iste autem
mensura altaris in cubito cum palmo. Et erit latitudo cubiti et palmi.
Sinus eius erit cubitus et latitudo eius in latitudine palmi. Et quod
est fossa altaris. Et a sinu terrae usque ad crepidinem no-
vissimam duo cubiti et latitudo cubiti unius. Et a crepi-
dine minore usque ad crepidinem maiorem quattuor cubiti.
Et latitudo unius cubiti. Haec erit area altaris quattuor cubitorum et a ba-
ral usque ad suprema cornua quattuor. Et area altaris quattuor cubitorum et
latitudo duodecim cubitorum in latitudine quadrangula quattuor latera
Et crepido altaris quattuor cubitorum et latitudo duodecim cubitorum in latitudine
quattuor angulorum eius. Et corona altaris quattuor cubitorum et latitudo
sinus eius unius cubiti per circuitum. Haec erit ceremonia
altaris. Et ait mihi. Fili hominis. Haec dicit dominus deus. Haec sunt
praecepta altaris in die quo offerentur super eo holocausta et effundant sanguinem. Et dabis sacerdotibus levitis
de semine sadoch qui accedunt mihi ait dominus deus ut
offerant mihi victimam arietis pro peccato. Et assumes de sanguine
eius et pones super quattuor cornua eius et super quattuor angulos crepi-
dinis et super coronam circumquaque et mundabis eum et expiabis.
Et tollet vitulum qui oblatus fuerit pro peccato et comburetur eum
in secreto loci domus extra sanctuarium. Et in die secunda offeres
hircum capri immaculatum pro peccato et expiabit altare sicut
expiaverunt in vitulo. Cumque complevis expiationem illius
offeres vitulum de armento immaculatum et arietem de grege immaculatum
et offres eos in conspectu domini. Et mittent sacerdotes super eos
sal. et offerent eos in holocaustum domino. Septem diebus facies
hircum pro peccato cotidie et vitulum de armento et arietem de
pecoribus immaculatos offerent. Septem diebus expiabunt
altare et mundabunt illud et implebunt manus eius. Expletis
autem diebus septem fiet sacerdotes super altare
holocausta vestra et pacifica offerent et placitus ero vo-
bis ait dominus deus.

XLIIII

Et ait mihi. Haec porta sanctuarii exterioris quae respi-
cit ad orientem erit clausa. Et dixit ad me. Porta
haec clausa erit et non aperietur et vir non transibit per eam
quia dominus deus israel ingressus est per eam erit que clausa propter
principem. Ipse sedebit in ea comedet panem coram domino. Per
viam portae vestibuli ingredietur et per viam eius egredietur.
Et adduxit me per viam portae aquilonis in conspectum domus. Et vidi
et ecce repleta est gloria domini domus domini. Et cecidi in faciem meam.
Et dixit ad me dominus. Fili hominis cor tuum et vide oculis tuis et
auribus tuis audi omnia quae ego loquor ad te de universis cere-
moniis domus domini et de universis legibus eius. Et pones cor
tuum in introitum templi et in omnes exitus sanctuarii et dic ad eos qui
rantur me domum israel. Haec dicit dominus deus. Sufficiant vobis omnes
scelera vestra domus israel ea quae introducitis filios alienos incir-
cumcisos corde et incircumcisos carne ut sint in sanctuario
meo et polluant domum meam et offertis panem meum
et adipem et sanguinem et dissolvistis pactum meum in omnibus
sceleribus vestris. Et custodistis praecepta sanctuarii mei et po-
nistis custodes observationum mearum in sanctuario meo
vobismetipsis. Haec dicit dominus deus. Omnis alienigena incircumcisus
corde et incircumcisus carne non ingredietur sanctuarium
meum omnis alienigena qui est in medio filiorum israel. Et levitae qui
longe recesserunt a me et erraverunt filiorum israel et erraverunt
a me post idola sua et portabunt iniquitatem suam erunt in
sanctuario meo ostiarii et janitores portarum domus et ministri
domus. Ipsi mactabunt holocausta et victimas pro
populo stabunt in conspectu eorum ut ministrent eis. Eo quod mi-
nistraverunt illis in conspectu idolorum suorum et facti sunt domus israel
in offendiculum iniquitatis idcirco levavi manum meam super
eos dicit dominus deus et portabunt iniquitatem suam. Et non appropiabunt
ad me ut sacerdotio fungantur mihi neque accedent accedent